



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXIX. Mulcta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Pont. in d. cap. à nobis, quia Christus Dominus Ecclesiae dedit potestatem super terram, juxta praedictam auctoritatem, quodcumque ligaveris super terram, &c. non autem in sepultos sub terra; sed quia per hujusmodi absolutionem vivis facultatem facit communicandi cum excommunicatis, qui in excommunicatione decesserunt, ut pro eis preces fundere, & suffragia facere possint, vel etiam sepulturae mandare, ut bene explicat Castro d. lib. 2. c. 20. ad fin. & reliqui omnes post eum citati.

CAP. LXVI. De Mortis Causa Capione.

Quicquid occasione mortis siue hereditatis alterius causa capitur, & non ab ipso testatore, illud est mortis causa capio:

Ratio est in ipsa voce, & quia si ab ipso testatore caperem, mortis causa donatio esset. Conf. l. 8. §. 1. ff. de mort. caus. donat.

Exempla sunt (1.) si propter alterius mortem quis donat. l. 8. lib. 11. l. 18. pr. de mort. caus. donat. (2.) Si ob omissionem hereditatis quis capiat. l. 8. l. 31. §. 2. eod. (3.) Si quis non ex bonis defuncti, sed ejus, qui conditionem implet, mortis causa capiat. l. 8. l. 20. l. 31. §. 2. l. 36. l. 38. l. 41. eod. (4.) Si creditor hereditarius det aliquid heredi ut adeat. l. 32. §. 2. ff. eod.

De mortis causa donatione, vid. donatio mortis causa.

CAP. LXVII. Mos Regionis.

Axioma I.

Mos regionis seu civitatis in rebus dubiis semper est attendendus. l. in stipulationibus 34. de R. I. l. circa locationes. 39. C. de locat. conduct. Cravett. conf. 206. num. 14. & conf. 258. num. 8. Menoch. conf. 744. num. 11. nec ab ea recedendum. l. testamenta omnia 18. C. de testam. Unde etiam videmus omnes actiones humanas, si non aliter provisum fuerit, à loci consuetudine & more Regionis interpretationem recipere. l. si de interpretatione 37. ff. de L. l. & in contraria 37. ff. de Usur. l. missi 7. ibi consuetudine servata regionum. C. de exact. tribut. lib. 10. Johan. Sandæ. ad l. 9. de R. I. pag. 23. rh. 3. ubi latè exemplis & rationibus declarat Val. Guilhelm. Forster. lib. 2. de interpretat. cap. ult. reg. 10. ubi itidem latè deducit, sicut honestum quid sit vel inhonestum declaret Tiraquell. de jure primogenit. c. 34. num. 1. & 31. itemque quid licitum sit vel illicitum, ut supr. lib. 3. cap. 59. axiom. 12. & seqq. quod etiam de consuetudine vicinae Regionis seu vicinariae intelligendum venit. cap. super eo 22. ibi illud observare tenetur, quod in vicinis provinciis observatur extr. de censib. Conf. Marpurg. 1. conf. 24. num. 16. Quæ ta-

men omnia declaranda sunt ex notatis dicti consilii 24. n. 262. & seqq.

Limita: mos tamen regionis saepe solet esse dubius, & tempore mutari. Nevizan. conf. 66. n. 31. Mynf. decad. 13. resp. 3. n. 139. & consuetudo modo alba modo nigra apparere, Ernesti. Cothman. 5. resp. 1. num. 463.

II.

Mores seu consuetudo vim Legis obtinent. l. 2. C. de longa consuetud. Mores n. Legem faciunt, & commune jus moribus & legibus constat. c. 1. dist. 1. intellige verum si sint inveterati, h. e. ex frequenti consuetudine eos populus induxerit. Unde & mos longa consuetudo de moribus tantum tracta vocatur, cap. nos 41. dist. 1. siquidem proprie ex consuetudine mos fit juxta Aristotelem, dum ait: ἡθὺς ἐκ ἐθῶν ἀναγίνεται. Paulatim vivendo (verba sunt Lastantii lib. 8.) mos factus est. Unde Publius Syri. Vitium prius fuit observatio, nunc mos est; & Ovid Metamorph.

Mores fecerat usus.

& mores serò improbas quos ducendo probasti. l. 13. §. ult. ff. ad L. Jul. de adult. l. 47. ff. solut. matr. vid. Cujac. 2. Feud. 1. p. 841.

CAP. LXIIX.

Motus.

Axioma I.

Motus primi non sunt in potestate nostra. gloss. in l. 5. C. de Episcop. & Cler.

II.

Motus proprius in dubio intelligitur sine, præjudicio tertii. Jaf. in l. ex facto notab. 3. ff. de vulg. & pupill. substit. Pacian. 1. conf. 7. n. 147.

III.

Quod motu proprio concessum est, illud omne à mera liberalitate proficiscitur. cap. si motu proprio de præbend. in 6. quia motus proprius non habet relationem ad illam causam extrinsecam, sed tantum ad simplicem donatoris voluntatem, refert Pacian. 1. conf. 12. n. 20. Quædam motu proprio concessa non nocent, sed prosunt; si vero ad postulationem concessa, nocent, non prosunt. Affectatum enim non relevat. Brunnem. ad L. 4. C. de Legation.

CAP. LXIX.

Mulcta.

Axioma I.

Mulcta damnum infamiae non irrogat. l. 1. C. de modo multandi. quæ à jud. l. aliud frans 131. §. inter multam & penam. ubi Gœdd. de V. S. n. 2.

II.

In multis indicendis non debent iudices affectui & avaritiae inservire, multo minus in exigendis, si utcumque ad terrorem induxerint, arg. Novell. ut præced. absque ull. in princ. & §. 1. constit. Oldend. cl. 1. act. 2. Nec statim in omni re est indicenda mulcta: nec propter quamlibet contumaciam interpretandum est, contemptam esse jurisdictionem, sed aperta debet esse puniendi ratio, sicut rectè colligitur ex. l. 1. ff. si quis jus dicendi non obtemp. arg. l. non ex omni-

omnibus 39. in pr. ff. de recept. arbit. non enim quicquid iudicis officio conceditur, id statim necessitati subijcitur. l. non quicquid. 40. ff. de jud.

III.

Per impositionem multa extraordinaria non tollitur poena lege statuta ordinaria. Bald. in l. nullum. n. 4. C. de testib. per gl. fin. ibid. & l. 2. C. de sportulis. Bart. in l. ancilla. n. 21. C. de furt. & in l. ubi. num. 2. Cod. de fals.

Declaro I. hoc procedere, quando minor multa extra ordinem imposita foret, quam delicto debeatur: alias si par esset & poena responderet, secus dicendum esset. Wesenb. 1. conf. 43. n. 109.

Declaro II. procedere, quando multa exigitur a iudice in contemptum ejus, poena vero legalis nomine publici criminis, cujus poena non iudici applicetur, sed insignitur in corpus rei aut fisco applicetur, gloss. in d. l. nullum. secus vero esse, si utraque poena ab eodem iudice, & respectu contemptus ipsius, seu inobedientiae exigeretur. Bald. in d. l. ubi. C. de fals. quando ergo non plus est in multa quam poena ordinaria, iudex non multam sed poenam ordinariam exequi videtur, Panorm. in cap. proposit. n. 8. de appellat.

IV.

Multa secundum qualitatem personarum & rerum sunt imponenda. Rosfred. in tit. si quis dicent. n. 2. Esse enim hoc arbitrarium: nec hodie. l. eos 6. C. de mod. mult. amplius obtinere testantur Hostiens. tit. de mult. n. 2. Alex. conf. 35. viso. n. 5. vol. 2. Boss. in lib. de mult. num. 5. dicens. d. l. eos. de consuetudine non observari. vid. Wesenb. 1. conf. 43. n. 103. hinc iudices taxationem multarum vel aggravare vel minuire pro delicti & personarum qualitate possunt. Christin. 2. decis. 86. n. 4.

V.

Multa praescribitur anno. Guid. Papae dec. 359. sed officiales hoc non servant, & post triennium etiam subditos ob excessus solent multare, Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 51. n. 1.

VI.

Pessima est nundinatio, officialibus locare redditus ex multis pro certa pecuniae summa, Grebel und Bussen um eine gewisse Summa Geldes verleyhen. Lather. de cens. l. 3. c. 16. num. 35.

VII.

Multa jurisdictionum sunt fructus. Bald. in l. 1. num. 10. C. de fructib. & lit. expens. Alex. in l. divorcio. §. si vir. ff. solut. matrim. Bart. num. 2. Bald. Angel. in l. ult. cod. Roman. conf. 70. visis. num. 11. vers. secundo probantur. Chastan. latè in conf. Burg. rubr. 9. §. 18. verb. justitiales. num. 35. Menoch. conf. 56. questionibus. num. 5. Boer. decis. 180. num. 4. Tiraquell. de LL. Connubial. gloss. ult. num. 10. Carpzov. decis. 27. num. 15. Cujusmodi Magistratus a contumacibus auferre solent, Cast. num. 6. post Bart. & Dd. in l. unic. C. si quis jus dicent. l. item apud. §.

item ait de injur. l. 1. in princ. de admin. tur. Bald. in l. quemadmodum. §. Magistratus ad L. Aquil. Jas. in l. 1. §. quod prator. num. 12. ne quis in jus vocat. Hostiens. de multa. num. 2. Imol. in l. filiusfamil. §. Divi. num. 3. de legat. 1. Alex. conf. 35. viso. num. 5. vol. 2. Oldrad. conf. 15. circ. num. 2. & 3. Boss. de multa. num. 8. cl. 17. Est enim multa unum ex remediis, quibus inobedientes subditos ad obedientiam ex officio suo nobili cogere possunt. Bar. Cast. num. & Alex. num. 6. cum seqq. in l. unic. §. 1. ff. si quis jus dicent. Boss. in pract. crimin. titul. de multa. n. 8. & 17. Alex. consil. 35. viso. n. 5. 6. 7. Wesenb. 1. conf. 43. num. 98.

VIII.

Quoties multa ob contumaciam irroganda, toties quivis iudex illam dictare potest; quoties vero ob delictum, toties saltem illi, qui habet merum imperium.

Ratio, quia priori casu irrogatur ad tuendam jurisdictionem, hanc autem contra contumaces quisque tueri potest. l. 1. ff. si quis jus dicent. Posteriori vero ob delictum vindicandum & in facinorosos animadvertendum, quod non licet, nisi merum imperium habenti l. 3. ff. de jurisdic.

CAP. LXX.

Mulier.

Axioma I.

Mulier caput & finis familiae esse dicitur, l. familia 196. §. 1. l. pronuntiatio in fin. ff. de V. S. l. cum legitima 19. ff. de stat. hom. §. 1. Inst. de legit. agn. tutel. §. ceterum, & §. media autem. Inst. de legit. agn. success. l. lege 14. C. de legit. hered. Paul. conf. 421. col. 1. in fin. vol. 1. Socin. conf. 63. col. 8. vol. 3. Philip. Matth. 1. Conf. Marp. 31. num. 14. Ratio, quia una cum marito dominium in domo habet, ejus familiam sobolis procreatione ac propagatione constituit, & si quam sobolem enixa fuerit, non in sui patris, sed mariti potestatem familiamque profert. §. fin. ubi Wesenb. inst. de patr. potest. Goedd. ad d. l. familia. ff. de V. S. n. 1.

II.

Mulierum genus est avarum. l. sed si ego 4. ff. ad SC. Vellejan. Cicero lib. 1. de Juventut. gloss. in l. sed si ego 4. ff. ad SC. Vellej. Wesenb. 1. conf. 11. num. 36. imò avarissimum. Accurs. in l. Nescenius 34. verb. è contrario. ff. de negot. gest. Ancharan. in cap. indemnitatibus. num. 4. de Elect. in 6. Vultej. 1. Conf. Marpurg. 29. num. 91. Guido Pancirol. conf. 8. num. 25. conf. 58. num. 21. quomodo autem hæc praesumptio elidi possit, vid. apud Bonifacium in tr. de furt. §. animo lucrificandi. num. 195. Unde liberalitatem immensam repugnare mulierum naturæ, quia avarissima, dixit Bald. in l. si appono. in fin. C. de donat. ante nupt. & loco miraculi haberi cum mulier donat, latè Joseph. Mascard. de probat. c. 10. n. 29. & seq. Petr. Royz. decis.